

Et in Cenaculo
venerabilis homo et
duicem comam nuncupare. **N**on
quod enim suam cenam nuncupat
admodum ducendu. Et illi quicce
fuerit alius aut chiesa est.
Nonquid domoq nō habet ad
modum ducendu et libendu. **C**
erchia de cetero nō et cō
sidens eos qui nō habent
Ordi dicas nobis. **L**audamus
in hoc nō laude. **S**ed qm ac
cepit a domino. qd et tradidit nob̄
qm dñs ihesu m̄ nocte fuit
huc. accepit panes et gressus
ages fregit et dñs. **H**oc eum
pus m̄ qd p̄sonob̄ tñt.
hoc facit imē cōmendatō
nē. **T**um s̄ et calix nob̄
conatur ducere. **I**n calix no
nū tēm̄ cūm̄ cūm̄ fuit.

Propterea
cōceptu
a. **R**ō
qua
cōfessu
n p̄mane
cōm̄ cāp̄t
P
Dicitur
ak̄ fili
teria ne
tū nob̄t
dom̄. Qd
nē **C** p̄
multa cōp̄.
nē m̄ do
alīmōt
dom̄. **D**
rām̄ d
R
tōm̄ tōt̄

CARMEN HEROICVM,

scriptum in honorem
coniugij

MAGNIFICI, NOBI-

LISSIMI, CONSULTISSIMI VIRI,
pietate, virtute, doctrina, dignitate, fide, meritis,
authoritateq; præstantissimi, Dn. IOANNIS à
SALA GAST, Dn. hæreditarij in Timendorff,
illusterrimæ aulæ Magdeburgicæ à consiliis, curiæq;
inlytorum Principum Marchionum Brandenburgico-
rum juniorum quondam Magistri, Capita-
neiq; lutrebocensis, & Da-
mensis:

Ex



NOBILISSIMÆ, LECTISSI-
MAE, PUDICISSIMÆQUE VIRGINIS SABI-
NAE, nata ex avo celebriq; Glaubitianorum, Domi-
norum in Kottel hæreditariorum

Gemmata,

Felicibus auspiciis Cirræ in Silesia
initi, IX d. M. Februarij stylonoro
Anno 1598.

à

SAMVELE VVAGNERO DELICIANO.


Halæ Saxonum, Typis Pauli Græberi.

CARMEN HEROICVM,

scriptum in honorem

coniugij

CARMEN HEROICVM,



PARHENOPÆA

Vm iam, dum tandem, fato Duce & Auspice, Phœbus
Exerit æquoreis ēoæ Tethyos vndis
Lumina, fertq; diem , qua consultissimus aulæ
Parthenopææ æ vir, nobilis ille Magister
Marchiacæ pubis, SALAGASTVS, equestribus orta
Glaubisidūm proavis cum virgine debita tædæ
Fœdera solennes est firmaturus ad aras:
Par est, vt positis aliis, Hymenia dicam
Carmina, felicesq; in voces ora resoluam.

Hoc etenim patria cum sollicitudine iuncta
Exigit, & fieri monet officiosa voluntas
Sponsi, qua, vinclo velut arcto, arctaq; cathena,
Me sibi devinctum tenet, æternumq; tenebit:
Vsq; adeò, vt nequeam, vel quando obliuia menti
Ipsa attentaret Lethes offundere limpha;
Non meminisse sui, bene factorumq; suorum.

Quarè age Parthenopæ lux admirabilis aulæ,
Et Phœbi, & Themidos, generisque, solique Silesi
Ornamentum ingens, SALAGAS TE, ad carmina promptum
Te præbe, atque tuas ne quæso despice laudes.
Ficta leges, at vera leges: modò vera canenti
Crede, nec exigua forte offendare Thalia.

Namque (fatebor enim) me non Hymenæus equestris
Ad thalamos vidit modulantes ducere Musas,
Nec dum etiam rudis id suasit tentare Minerua,
Et Physice nostro ingenio male fida nouerca.
Quandò igitur fortasse tuis minus auribus apta
Occinero, egregiisue tuis haud commoda tædis,
Dayeniam, atque parùm tentatæ ignoscæ Camænæ.



Nuper ab æthereo Superum regnator olympos
Lumina ad illustres Heroum torserat arces,
Visurus, veluti magnum per Teutonis orbem,
Natos curarent matresq; Patresq; ducales
Dotibus augeri virtutum, & fortibus aulis,
Inq; Sionæ præsertim matris amænis
Artibus a viridi mox exercerier æuo.

Viderat Austriacos, vxore & prole carentes,
Cœsareum genus, & Tyrrhenæ Numinæ gentis
Inclyta, Boiemosq; , Angriuariosq; , ferosq;
Lotharingiadas, Bauarosque Herouas, & armis
Exhaustos Hunnos, proceresq; Athesinq; , Licumque,
Danubiumque, Isaramq; Oenumq; , Sauumque bibentes.
Viderat illum etiam; Cliuijs qui præsidet aruis;
Regnatorem, in quem domus inclinata recumbit:
Idque genus reliquos Tarpeij dogmata Patris
Sarta & tecta, sui sub limitis orbe, tuentes.
Vnde sibi Latius legit hoc quoq; tempore Præsul
Ad delubra viros, sua quos tegat, evehat, ornet
Infula, sublimesq; verendo in honore reponat,
Ut stent Catholica pro Religione fideles.

Protenus vñanimis pietate fideque Dynastas
Hos quoq; siderea spectarat ab ætheris arce,
Quos late insignis generoso nectare Rhænus
Educat, & quos hoc ævo Mauortius ardor
Euehit, euectosq; inter radiantia condit
Sidera; Nassouios, Cattosque, at auisque potentes
Anhaltos, genus Ascania de gente profectum:
Et qui præterea subiecta sacraria sceptris
Ad nutum Allobrogum conformauere Lycei.

Præcipue hos; quorum melior sententia menti
Et quibus est cordi megalandri dogma Lutheri;

Ante

Ante alios vultu lustrârat amicis amico:
Nimirum illustres Herôas, & Heroinas,
Quos Cerere insignis Pomerania, quosq; Silesus
Orbis, & haud leuis regnum accessibus auctas
Mompelgardorum comitatus ad ardua cœli
Sidera non dubitat tumidis attollere buccis.

Hæredes quoq; Cimbrorum diadematis æquo
Lustrârat vultu, populisq; , opibusq; superbos
Brunopolitanos, Lunæ burgosq; , piosq;
Holsatos, atq; ingentes ingentibus ausis
Starchardos, Henetum quos prisco à sanguine duc̄tos
Aspiciunt septem prope Balthica stagna, Triones.

Viderat Albicolas etiam generosa trahentes
Nomina ab antiquis Heroibus, & magnis Diis:
Scilicet Ensiferos, terræ armi potentis alumnos,
Quos immaturos sceptris, dum plenior ætas
Adveniat; iam Tutorum pia cura tuetur.

Ac tandem egregium fama, seraq; verendum
Canicie, Latij decus admirabile regni,
Marchiaden raucas ad Sprææ inuiserat vndas,
Nec minus & clarum factis, & prole beatum
Illiū Natum, quem Parthenopëius orbis
Aris atq; foci præfectum cernere gaudet,
Atlate ingentem Salanæ Naiados amnem.

Cuius ad egregiam simul ac pervenerat arcem,
Ecce repente alijs non visa illustribus aulis
Occurrunt. Sed enim videt agnoscitq; tenellos
Herōas tantis virtutum dotibus auctos:
Quantis Teutoniæ longè lateque per orbem.
Non est instructum genus ullum, aut vlla propago:
Non quoque absit videt divinæ Pallados artes,
Et sacra Sionidum, magna ornamenta Dynastum.

Tum

A 3

Tum verò stupet, obtutusq; immobilis hæret
Omnipotens genitor, vultumque habitumque loquentum
Altius explorat, moresque obseruat euntum.
At nihil eximia non dignum laude repertum est,
Omnia Cœlicolis similis, vocemque, gradumque,
Et comtos crines, & membra decora juuentæ
Iuuenit. Æthereum penè angunt gaudia Patrem,
Tām decora alta solo jamjam spectarier imo,
Digna polo versari inter veneranda Deorum
Numina, & æternos æternūm habitare penates.

Expleri tandem mentemque animumque tuendo
Haud pollens, tacito sub pectore, talia volvit:
Obijciat, quisquis suat, Herōasue Ducesue
Teutonios, aut quostellus Oenotria tollit:
Obijciat Macedūm Reges, Persasue, Getasue:
Hoc tamen à vero justum ius profero sensu,
Et dico, à Diuis hos, à mortalibus illos
Esse informatos. Tanto discrimine distant.

Hæc ait, & penitus rem pensitat, vndè sit illud
Morum in clementum, quoque erudiente profectum:
Cum subito gravis usque graui grauitate Magister,
Osque humerosque Deo similis, lux nobilis aulæ
His super ingreditur, jamjam exercere paratus
Crescentes proceres, & moribus addere mores.

Quem simul vt videt illum tractare laborem,
Ore ciere animos, & amorem accendere morum,
Haud mora, sollicitos capit ægro pectore curas,
Id genus vt plures per humum; quorum indiget usus;
Informatores Heroum surgere possint,

Vixque ita turbatis huc illuc sensibus actus,
Ecce recordatur, nulla ratione valere
Commodiore illud fieri, quam quandò marita

Par

Par
Tum
Parthe
Qued
Lecta
Visuri
Secla
Tum
Siccit
Orna
Cœli
Sicci
Cont
Non
Vtd
Dent
Non
Surg
Qui
All
Te;
Pro
Atc
Est
Ca
Te
Or
Qu
E
So

Par si nilisq; viro stabili iungatur amore.
Tum venit in mentem, quod, se tribuente, regendam
Parthenopæ partem nuper suscepere it oræ,
Quæ data sceptræ etiam sibi vellent coniugis vsum.

Ergò de Nympha, patrio sub limite pridem
Lecta, continuò fatorum arcana resoluit,
Visurusq; viri seros per sera nepotes
Secla, maritales mox implicat ossibus ignes.
Tum corda ad thalamos instigans, hæc ita secum;
Siccine virtutem sine semine? Siccine tanta
Ornamenta soli; quæ penè simillima nostris
Cœlicolis; patiar sine prole exedere terris?
Siccine conjugij sacro sine glutine vitam
Continuare sinam, & tandem succumbere letho.
Non ita. Sed potius geniali lege jugentur,
Ut decet, & noster pulcerrimus ordo requirit,
Dentq; operam Veneri, quò detur eernere dulces
Nominis hæredes, aliusq; aliusq; Magister
Surgat, formandis natis illustribus aptus.

Hæc ait, & famulum stellata in veste decorum;
Qui comes ad Patrias SALAGASTVM deserat oras;
Alloquitur, facie insignem, & rutilantibus alis.
Te; qui Thobiadæ Raguelida, quiq; Rebeccam
Pronubus Abramidæ iunxisti, aliasque subinde
Atq; alias, inter cœtus Christeos, orsus
Es nobis tædas, & felices Hymenæos;
Care vigil, pars militiae fortissima nostræ;
Te decet ire, thoriq; citò inuiolabile pactum
Ordiri, & læto medio, & colophone beare.
Quarè animūm huc aduerte, atque hæc sub pectora conde;
Est regio claræ contermina Misnidos oræ,
Solis ad exortum, fama, notissima fama,

Arte

Arte & Marte potēns, fœcundaq; vberē glebæ:
Silesiam dicunt maiores, atque minores.
Hic flos virginis sexus, virgo, inclyta virgo,
Glaubisidūm claris atq; exorta pudorem;
Haud à Sarmatico procul orbe & fine; tuetur.
Multi illam proceres, titulisq; opibusq; superbi
Optavere. Sed haud voto optatisq; potiri
Contigit, accepta cecidere subinde repulsa.
Hanc mihi virginibus jam dudum ex omnibus vnam
Delegi, prudensq; animo interiore locaui,
Ut foret, eximios quæ consequeretur amores.
SAL G A S T I, & faceret pulcra illum prole parentem.
Nam sedet hoc animo fixum, immotumque, statumque,
Ut; quos Religio, virtusq; , & patrius orbis
Copulat; hos torus, & sanguis quoque copulet idem.
Quarè agè posce leues Zephyros, & labere pennis,
Atque profecturo terræ natalis ad oras
Sis comes, à cunctisq; ipsum defende periclis.

Dixerat. Ille Patri magno parere paratus
Sueta repente capit talaria, & induit omnem
Vestem, habitumq; humeros, quo protenus aëra findat.
Tum virgam manibus prendit, qua Tartara frangat.
Tartareosq; ausus, & ; quicquid ubique mālorum est;
Harpyas, Parcasq; truces, & Erinyas atras,
Asinodeonq; hoitesq; alios fatalis amoris.

Talibus instructus per inane, Atlante sereno,
Labitur, & terras contendit ab æthere ad imas.
Eit vrbs diues opum, propè Salæ consita nymphas,
Saxonios jungens fines à Misnidos agris:
Quà vulcanus edax solidas in fissile robur
Exercet vires, & murmura magna volutat,
Perq; diem, & tacitæ per amica silentia noctis,

Vt

Vt salis humores humanis vſibus aptos
Rēddat, & intenues glebasque micasque resoluat.
Huc ad turrigeram delabitur aliger aulam
Eotheus, huc leuibus ventorum adremigat alis,
Arcano circūm nebularum indutus amictu,
Deveniensq; locum, studio curaç; fideli
Observat, dum carpit iter SALAGASTVS, & arua
Dilectæ patriæ, se concomitante, revisit.

At vero dulcem tum, nocte silente, soporem
Vir pius vrgebat, rebus iam ritè paratis,
Certus inire viam, simul ac Phœbœia lampas
Auricomis iterum radiis lustrauerit orbem.
Huic se forma sacræ venientis ab axe Phalangis
Obtulit in somnis, actalia visa monere est:
Care vir ante alios Diuis, quid pergere cessas?
Quò Deus & quo fata iubent? qui ducere grandi
Præ cura potis es securo pectore somnum?
Surge age, surge para citò te, mecumq; Deorum
Ex iussu, ad dulces genitorum tende penates:
Adsum sidereo comes huc tibi missus olympo,
Adsum, adsum per iter contra omnia monstra tueri
Teq; tuosq; pios ausus, rebusq; secundo
Flamine transactis, reducem te rursus ad aulam
Sistere, ad illustres rerumq; operumq; labores.

Talibus admonitus visis SALAGASTIVS, altis
Corripit è stratis corpus, famulosq; fatigat,
Matutare velint, ad iter quodcunq; necesse est
Haud segnes, abitum dum tempus & hora moneret.

Olli præcipitant data iussa, ruuntq; feruntq; ae,
Quæ sibi, quæ præsens via depositiq; , iubetq; ae:
Stant rhedæ, rhedis & equi certo ordine iuncti,
Excipiuntq; sacris, devota mente litatis

B

Iam

Iam concendentem Dominum, patriamque potenter.

Vixque ad conspectum terrae genitalis, & orae

Ventum erat, ecce aliæ atque aliæ velamine formæ

Se Venus actutum insinuat contraria fatis,

Eq; Gynæcis nunc his, nunc protenus illis,

Commendare suas, cupit atq; obtrudere, nymphas:

Multa viri virtus animo, multusq; probatur

Oris honos: hærent generosi in pectoro mores.

Inde ea; quæ potis est; adnixa struitq; locatque

Retia, pacataq; nequit consistere mente.

Ac velut, excelsam oppugnat qui molibus arcem,

Omnes arte locos circum munimina lustrat,

Quæ tuti pateant aditus assaultibus, & quæ

Rite queant propugna la expugnarier armis.

Sic Furiis Venus acta suis bachatur, & omnem

Dispiciendo viam tacitis percurrit ocellis,

Quæ pius involvi vir possit cassibus arctis.

Non mora, non requies, adhibet vim viribus omnem,

Vnde graves homini surgunt in pectoro curæ,

In partes varias variantia sensa trahentes.

Quod postquam sensit tutela ex æthere missa,

Non nimium Veneri Venerisque ferocibus ausis

Fidendum esse putat, quæ seinet in omnia vertens

Non raro incertos clanda sub imagine fallat.

Ergo, quo posita spe, tandem abscedat, & intrâ

Tecta laresque suos condat se, ita farier infit.

Quid te? quid fatis male sîna opponis? & audax

Corda humana tuis audes inuoluere nassis?

Cum tamen egtegie, vel me non illa monente,

Nosti, quod penes æthereos stent omnia Diuos

Connubia, & fiant fato duce, & auspice fato,

Non autem veniant a teq; iuioq; puello;

Ceu

Ceu muliebre tuis p̄ecus aurum at iē nibus iectum.
Nostī, vt raptā tibi tūm temporis illā poētās,
Cum Protoplastas illexti, vt ab arkōre fructus
Detrahērent vetitos, & hiantia ad ora mouērent.
Ne conāre igitur fata interuertere, & illis
Audendo aduersas in mundo condere tædas,
Ne triste exitium forsā misera indē reportes.
Mitte virum, nostro circum tutamire cinctum
Mitte, tuisq; statim pīctis abscondere nymphis.
Fata ea; quæ penes hunc per tota freta, totq; per oras,
Auspiciis mansere suis, quæ Memphea claram,
Phænicasq; , Arabasq; , Phrygasq; , Syrasq; , Getasq; que
Celtiberosq; , Italosque, Anglosq; . Tagumq; dedērunt
Ire, redire bonis avibus, tandemq; reuersum
Ad rerum illustres quoque subuexere labores;
Illa ea f. tā etiam tædis & amoribus aptam
Inuenient nympham, & sociali lege dicabunt.

Tum verò Venus; vt terraque mariq; labores
Exhaustos audit; magis inflammatur, & imas
Per venas penitus trahit, atq; per ossa furorem.
Stat casus renovare omnes, & robore summo
Insidiisq; , dolisque , & acuta in cote refectis
Adniti telis, nec quicquam linquere inausum,
Aut intentatum, quod cordibus inserat ignem.

At nihil intidit, nil tēla in cote refecta
Proficiunt: omnes summo cum labore vires
Tentatæ, vt puluis; celeri quem turbine raptum
Torquet agens circum Cori furiabilis aura;
Sunt, & ceu tenuis soluuntur ab aëre fumus:
Fata obstant, placidasque viri comes obstruit aures
Alipotens, tacito delapsus ab æthere cursu.

Ille indiuiduus comes, ille fidelis Achates

B 2

Efficit,

Efficit, ut mens, cœn cautes, Marpesia cautes,
Peristet, & ut ventis quassata furentibus Ilex,
Nec latum crinis filum, plantamue pedemue
Transuersum, Veneric edat, Venerisque furori.
Tandem etiam Diuæ furiatis incitus ausis
Præcipitare fugam iubet, hacque abscedere terra,
Ut ne correpta rabidas compescere virga
Cogatur Furias, & dira retundere tela,
Tela Pharetrato depromta Cupidinis arcu.

Ergo haud se remora retrahi patiuntur ab ylla,
Arripiuntq; fugam moniti, abscessuq; citato
Exquirunt tutos à Cypridos igne receptus,
Ne fatum contra fatum conturgat, & ausit
Humanum sese diuino opponere, sueto
De more hoc nostro distorto temporis æuo,
Quo Diuis, veluti Briarëia turba, reniti
Non dubitant homines, in amore fideque iugali
Haud sibi fatæ poli, sed propria fata parantes.
Vndè nec immitò fatuum fatū quoq; tale
Fatum hodiè, & non fatale, at fatuale vocatur.

Tum Dea, venatum ut videt aduersante Diana
Esse, atque adversis fatis, auibusque sinistris,
Actutum Furiis, sæuoque evicta dolore
Vertitur in rabiem, & rabioſa mente vocare
Crudeles infit Diuos, crudeliaq; astra,
Quod non ad placuum data vota, precesq; profusas
Excipiant, ceptasque finant procedere tædas.
Tandem animum recipit tamen, atque recolligit, ira
Facta, se paulum, & fugientum corpora tali
Clamore ad redditum vocat. O procul ista : sit ista
O procul à vobis fuga quæso : manete : inanete.
Nullæ hic insidiæ vob's : tuta omnia tuta

Nos

Nos
Non
Scyll
Que
Sedg
Etlo
Gess
Veru
Acce
Nec
Qua
Dona
Virg
Sarm
Mult
Nob
Glau
Core
Egre
Non
Defi
Hic
Vida
Qua
Rec
Deg
Inge
Pulc
Inne
Ac

Nos penes: ah vobis nihil est hic triste timendum.
Non etenim Lernæ monstris, non igne Chimeræ
Scyllæ isue lupis, crudisue Cyclopibus ortæ,
Quæ morsu humani laceremus corporis artus:
Sed genus altum etiam cœlo deducimus alto,
Et loue ab ipso: & nos aliquod nomenque decusque
Gessimus: haud nostri quoq; sunt sine honore parentes.

Olli nil Venerem clamantem tale morantur,
Verum iter incepum peragunt, rapidiꝝ; citiꝝ;
Accelerant per agros, & per loca nota viarum:
Nec mora, nec requies, vsquam, nec lumina flectunt,
Quamvis insanæ vexati murmure Diuæ,
Donec speratam veniunt ad virginis arcem,
Virginis antiquo Glaubisum stemmatè natæ.

Est in Silesæ partis regione propinqua
Sarmaticæ genti domus haud incognita famâ:
Multis iam seclis illam tenuere nepotes
Nobilitate graues, & honore opibusq; potentes
Glaubifidæ, celebres Marte, & præstantibus ausis:
Coreliam dubio procul à pinguedine terræ,
Egregioꝝ; situ cari dixere priores.
Non ibi namque Ceres, non Chloris, & aura salubris
Defit, & immistæ Nymphis Satyrisq; Napeæ:
Hic locus enatam dias sub luminis auras
Vidit, & excepit formâ præstante puellam,
Quæ penes extintæ matris haud procul indè Sororem
Rechenbergorum generoso stipite cretam
Degit, & in studiis exercitiisq; Mineruæ
Ingenij vires exerceat, acuq; citata
Pulcra sui generis nendo gestamina texit:
Interq; has operas auida simul arripit aure
A consanguinea documenta profecta Magistra.

B 5

Vnde

Vnde verecundos deicata modestia vultus
Surgat, & ingenuus Pudor, ingenuique rubores.
Hie labor, hcc illi studium, cum nuncia fama
Hæc properè apportat noua, honore ostroque decorum
Adventare virum, & petere hospita tecta quadrigis,
Et famulis, & equis, sibi quæ de more recepto
Inter equestre genus, quoque iam data protenus essent.
Iamque manu, iamq̄ occursu, plausuque sereno
Excipi, & exceptum tecti sub limina duci.
His annexebat de pangendis Hymenæis,
Deque proco jamjam huc Diuis autoribus acto,
Paucula, fatidici Vatisque, & Aruspicio instar,
Obscuris vera involuens, obscuraque veris,
Equibus haud poterant, nunc huc, nunc sensibus illuc
Abreptæ mentes penitus cognoscere verum.

Talibus à fama diffusis vocibus addit
Conciliatque fidem materno sanguine nexa
Denique, quæ veniens bona fert nova, & omnia pandit,
Ut se de tædis habeant socialibus, & de
Hospite, deque proco, blandoque hæc ore profatur;
Cara Sabina, vocant hinc te fata, ardua fata
Ad sacra vincla tori, iusq; inviolabile tædæ;
Nec magis hic cupiunt te consuetudine nostra,
Assuetaque frui mensa, solitoque cubili.
Præstò est Parthenopis factio huc aduectus ab oris
Vir genere insignis, generosissq; inclytus ausis,
Qui tua sollicitis ambit conubia votis,
Et citrà dubium quoque te potictur, & omnem
Per vitam tecum contumet temporis æuum.
Namque tui fratres, & aucto sanguine iuncti,
Tutoresque, quibus te despondere potestas;
Illi ex yoto jam conuenire vocati,

Con:

Consultantque tua de commoditate, toroque:

Omnibus idem animus (mirum hoc) eademque voluntas,
Spem dubio cordi facere , affinemque parare.
Vsque adeò cunctis morum ornamenta decora
Factaque virtutesque viri , dotesque probantur
Ingenuæ. Vsque adeò nil non laudabile in ipso est,
Ergò animum mentemque para Dominoq; , Deoq;
Autori ceptorum operum, precibusque Tonantem
Deuenerare piis, sit ut ipse in parte iugali
Pronubus, & iungat fatis bona fata peractis.

Dixerat. Obstupuit confestim exterrita virgo ,
Deiecitque oculos, totosque expalluit artus :
Pro re pauca refert : mene ad sacra foedera tædæ ,
Cara propinqua, patem, thalamiisque ad iura vocari ?
Quæ vix pubesco , & pleno sum nubilis æuo ?
Esto Sed censem me confuetudinis vsu
Posse carere tuæ ? inéue vnquam posse movere
Ex animo caros consanguinitate propinquos ?
O procul hinc nostra procus exeat ocyus aula ,
Coniugiumq; aliud quærat , quod tempora fallat.
Non ego me patior ; dum spiritus hos regit artus ;
De te raptari, nec vi, nec amoribus ullis.
Nescio, quid sit amor , nec amo , nec amor, nec amabo.

Inò imò hic maneat ; contrà agnata excipit ; ille ,
Et voti compos fiat, longumque diuque
Tecum in connubio vitales hauriat auras ,
Et noscet, quid amor sit : quid sit amare , & amari.
Nescis, quæ loqueris. Sabina, iugalia nescis
Gaudia, & in loco mysteria condita lecto ,
Quæ quindò scires, haudquaquam talia demens
Iam verba afferres. Longum diuersa sonares.
Non, non exprimeres te me non posse carere ,

Nec

Nec posse ex animo caros delere propinquos,
Quæ ventura dies adimet, cariq; mariti
Dulcisonus lepor, & roseis affusa labellis
Gratia, & adnascens sobolis generosa propago:
Sed te subijceres fato, cui mutuus ardor,
Et sociæ Leges, & sacra Hymenæia cordi.
Non etenim casu nostras appalsus ad ædes
Est nouis hic hospes, sed vi, sed Numinе fati,
Quod te coniugij vult in statione locatum,
Vt genitrix fias sobolis, quæ fortibus ausis
Nomen in astra ferat, patriosque imitetur honores.
Hoc fatum par est agnoscas pectore grato,
Vt potè legitimos quod solum ventilat ignes,
Per terras, & quo solo iuga sacra parantur.
Non etenim humanas humana industria tæ das
Efficit, aut cæco sortis sors concita casu;
Ceu cum falsiloquis Epicuri de grege porcis
Mundus iam statuit nostra hac ætate malignus:
Verùm diuino iunguntur corpora fato.
Fato fit, fato socialis copula cessat.
Fatum in amore valet plus quā in Pactolus, & omnis
Gaza soli, Nereiq;, & gemmiferæ Amphitrites.
Fato Thariadæ castissima Sara iugatur,
Abramidæq; Rebecca, pioque Susanna sodali.
Fato Penelope Laërtis prole potitur.
Sic non virtutis, sic non pietatis egenti
Hic iam præsenti quoq; tu iungere marito.
Tu modo fatales ductus agnosce, lubensque
Diuos in sociam vitam sectare vocantes.
His dictis animum Nymphæ succedit amore,
Quæ genus actutum meditatur amabile vitæ,
Atq; placere proco studet, ostenditque tepentem

Imis

Imis sub venis, imisq; sub ossibus ignem,
Quem deinde haud patuis ardorum accessibus auget,
Postquam cara viri coram datur ora tueri,
Colloquioq; frui, qui Dijs in vota vocatis
Auspiciis, latus sacra connubialia firmat,
Coniugijq; fidem, gemmisq; auroq; rigentes
Expedit armillas citus, auratasq; cathenas
Cyaneasq; Hyacinthos, coasq; Smaragdos,
Datq; in perpetuum monumentum, & pignus amoris.
Ac tandem, rebus dextreq; probeq; peractis,
Parthenopam rursum properat festinus ad aulam,
Adq; operas rerum solitas, natosq; ducales.

Vixq; extra sedes, atq; extra limina portæ
Ventum erat ad campi sata lata, boumq; labores,
Cum noua Sponsa novo lxtissima fortis honore
Scitari blandis exemplò vocibus infit
Ex consanguineis, quo sponsus sanguine cretus
Esset? & vnde illi morum decora ardua, & vnde
Neftareus lepor, & facundæ gratia lingua!
Tum quæ Parthenopis jam munera obiret in oris!
Harum etenim nondum sat erat tūm conscientia rerum.

Quare Tutorum quidam, cui talia nota
Præ reliquis, cœrus assurgit, vir honoribus ingens
Cæsareis, cupidasq; his implet vocibus aures.
Si quando exhaustos tellure fretoq; labores,
Vrbesq; populosq; orasq; locosq;, per orbem,
Omnes jam saltem paucis attingere vellem.
Ante diem nigra nox huc subreperet umbra.
Sed si tantus amor, menti si tanta cupido est,
Et iuuat annales illorum audire laborum:
Incipiam, & breuiter [tu mentem aduerte] docebo.

Fando aliquid fortasse tuas peruenit ad aures
De Salagastiadum gente inter sidera nota,
Quæ sub Bromnicis habitacula clara Dynastis,
Hac ipsa in nostra regione, soloq; Silesio,
Continet, atq; suum genus alto à sanguine ductum
Per tot seclorum potis est ostendere lecta.

C

Hæc

Hic de gente suos , deducit originis ortus
Sponsus hic iste tuus, nomenq; hinc nobile cepit.
Hunc ; postquam teneras mediocriter hauserat artes,
Argentoratum primis citò misit ab annis
Hinc Pater, vt notas sibi claræ Aganippidos vndas
Redderet, & b' tidi juga disceret ardua Pindi
Scandere, Musarumque inuisere pulcra vireta,
Sturmiadum fama rite informante Iohanne.
Illic consumsit, discendi percitus cœstro,
Annos ætatis primos, & ab ore pependit
Magni oratoris, quo non præstantior alter
Voce c'ere viros, doctasque accendere ad artes,
Is simul vt speciem virtutis, & indolis altæ
Primitias vidit juuenili in corde vigentes,
Haud mora, Thesea sibi consuetudine junxit
Ingenium docile, & patrio complexus amore est,
Formauitque habilem vitæ melioris ad vsum,
Prima rudimenta, & præclara inuenta Sophorum
Præstantum Graio Latioque idiomate pandens.
Hic, vbi jam teneræ fundamina jacta juuentæ,
Grammata de vita & studiis testantia sumit,
Ipso sponte sua caro tribuente Magistro:
Marchiadosque urbem Musisque opibusque potentem,
Odera piscoso qua labitur amne, reuisit.
Fortè ibi Marchiaici tum laus & fama Lycei,
Interpres Legum, jurisque minister & æqui,
Schraderus celebris , tua, Iustini ac, statuta
Pandebat, magna juuenum auscultante caterua.
His citus adjungit se se SALAGASTIVS, &, quid
Iustitia humani generis lux ardua poscat,
Sedulus admota cognoscit, & excipit aure,
Obseruatque animo, vt venturo tempore possit
Illi ad trutinam dubios expendere casus,
Et premere, & laxas dare rectus & æquus habens,
Postquam veridici diuina scientia iuris
Hausta erat, en mente subit Experienda rerum,

Qua

Quæ stimulos mistis acres hortatibus addit,
Et lustrare jubet, vasti per climata mundi,
Terras, & mores populorum, vrbesque locorum
Egregias fama, Musisque, & merce celebres,
Ut ne sit mutus, ceu squammea turba sub vndis.
~~Ariane~~ Seriphia, per stagna ægia, ranæ,
Si quandò hoc sensu quid forte occasio poscat.

Ergò Viadriacis valedictis ordine M usis
Discedit, famaque ingentia mænia lustrat
Teutona, quæ Rhæsus, quæ Mænus, & Oenus amænus,
Isterque vndisonus, cælo gratissimus amnis.
Lupiaque, Viadrusque, Sueuusque, Amasusque, Visurgisque,
Arctousque suis cum fluctibus alluit Albis:
Deueniensque Pragam, Germani ad Cæsaris aulam,
Ob varios orbis populos, ibi tempore quo quis
Conspicuos, atque ob Boiemæ idiomata lingue
Cognoscenda illuc, tres totos transigit annos.
Hac bene percepta, procul ad celebrata Camænis
Oppida se confert Heluetæ gentis, & inde
Allobrogum ad Musas. Peragratur Gallia tandem,
Gallia nequitia, sœuæque haud inscia cladi,
Quam Rhodanus, quam findit Arar, quam permeat ingens
Sequana, piscosoque intersecat amne Geramna.

Hic Biturygii clarissima lumina ludi
Visit, & eloquio grauis, eloquioque stupendus
Iuridico quid proponat Cuiatius, audit,
Ad quem Rhænani quoque grammata rhetoris affert,
Qui dum Sturmci signa indubitata fauoris
E sibi porrectis videt agnoscitque libellis,
Mox commendatum iuuenem suscepit, & ipsum
Discendi cupidum deserta per ardua iuris
Dicit, Nestoreis Legum mysteria glossis
Pandens, tironum magna aduertente corona.

Exacto tandem, studiorum in tramite, cursu,
Per varios pelagi tractus, per inhospita latè
Littora littoribus multum distantia nostris

Cogitat

Cogitat ignotas remis inuisere gentes.
Ergo in vota vocans bona fata, poliq; Monarcham
Nauem conscendit, classique immittit habenas,
Et primum claris Anglorum allabitur oris.
Inde ad veliuolos puppi defertur Iberos,
Quos longè & latè vultu facieque pererrat,
Hisque pererratis, Maltham petit. Inde profectus
Sacra Dionæ Veneris loca permeat, &, quid
Aspectu dignum Cypros tenet inclyta, lustrat.
Post varios rerum casus, pelagique labores,
Sideribus, remisque aurisque ferentibus usus
AEgyptum venit, ad septemplicis ostia Nili,
Nili alta ex alto ducta cunabula cælo.
Illic Pyramidas, capite ardua sidera olympi
Tangentes, famaque illustrem Mempheos urbem,
Et freta rubra rubri maris, immersique Pharonis
Desertosque Arabum campos aspectat, & inde
Proiectus rursum pelago felicia terræ
Iugera sacra cernit, gentesque beatas
Phænicum, Solymumque urbem, cedroque virentes
Palmiferi colles Libani, locaque inclyta fatu,
In quibus ipse fuit coram versatus IESVS.
Protenus, hac sancta Phænicum gente relicta,
Per Syriæ campos recta contendit ad aulam
Odyssij Regis, Bizantinosque superbos,
A quibus ad littus, Macedum per jugera, transit,
Nec remorante mora Tyrrhenum nauigat æquor,
Felixque infertur Latio, & Laurentibus aruis,
Qua Pater Eridanus lento secat agmine campos,
Mincius & rapidis de voluitur inclytus vndis:
Et sic omnigenis, per humum, perque æqua vifis
Vrbibus, & populis, rebusque, locisque, virisque,
Ad patrios tandem remeatque reditque penates.

Audijt, esse virum per tot maria vndique vectum,
Totque hominum mores latum vidisse per orbem
Parthenopus Princeps, scriptisque accersit amicis

Munes

Muner
Confil
Præfici
Vi pulo
Iuxtaq
Vnde a
Tempo
Potex
Aulz
Munific
Certaq
Quida
Tempo
Innocu
Facta b
Correp
Affectu
Grates
Illustr
SALG
Atque
Verbag
Ocyus
Heu q
Nos ca
Salajde
Gloria
Nobis
Ah fui
Salajde
Quino
Parhe
Salon,

Muneribusque illum, sit ut à tacitis secretis
Consiljsque aulæ fidis, ac denuique proli
Præficit illustri, tenerisque heroibus arcis,
Ut pulcris illos morum virtutibus ornet,
Iuxtaq; egregia doctrinæ repleat arte,
Vnde animo pudor ingenuo, tranquillaque vita
Temperies, atque ante pilos sapientia velox.
Post exantlatos multumque diuque labores
Aulæ, nunc demum Diuum Pater atque hominum Rex,
Munificusque Heros ipsum nouo honore beauit,
Certaque sceptra dedit, per Parthenopœia regna,
Quæ data sceptra etiam iusto moderamine iustus
Temperat, atque regit. Sed enim sese exhibet erga
Innocuum innocuus, sonum sons, inque bonorum
Facta bonum. Usque adeò vir seruantissimus æqui est.

Vix ea fatus erat, subito cum virgo stupore
Correpta ingenti palmas ad sidera tollit,
Affetuque animi tacito tibi, maxime Diuum,
Grates, Rector agit, tanti pro munere sponsi.

Interea noua fama noua nouitate referta
Illustrum veris implet rumoribus aulam,
SALGASTVM nympha forma præstante potiri,
Atque redire nouis titulis & honoribus auctum,
Verbaq; iamiam ideo reduci felicia dici.

Quæ vox Salaidum simul ac perfertur ad aures,
Ocyus incipiunt querulas effundere voces:
Heu, quæ nunc tellus, dicunt, quæque æquora possunt
Nos capere, & quidnam nobis nunc denique restat:
Salaides fuimus, laus & fuit ardua, & ingens
Gloria Salaidum, ferus omnia Iuppiter aufert
Nobis: dulce nihil, fata, inuidæ fata relinquunt.
Ah fuit, ah verè fuit hic SALAGASTIVS hospes
Salaidum, veluti cum nomine rettulit cmen,
Qui nos, qui tanto præsens affecit honore,
Parthenopœamq; au' am, quanto vñquam clarus Athenas
Solon, aut Thales hominum iustissimus vñus.

Sic quoque prælustrī fuit in statione fidelis,
Atque tenella Ducum præcordia dotibus auxit
Virtutum ingenuis, illis præcepta subinde
Et iussa apponens. Pelidæ qualia Chiron,
Qualia Alexandro dedit ille Platonis alumnus,
Ausoniusque tuo puer, illustrique Dynastæ.
De reliquis ut iam sileamus dotibus, & de
Mente indeque, suos qua fuerit usque clientes.
Non Epichærecam fuit sub corde Megæram,
More hominum latus ad Regumque Ducumque sedentum,
Qui sensis animi longum diuersa loquuntur,
Dumque Deum simulant foris, intus Dæmons gestant,
A quibus haud se proba mens defendere pollet!
Vitantur venti, pluiae vitantur, & æstus,
Vitatur Pluto Pater, Harpyæque, feræque,
Sed non vitatur fraus insidiosa, dolique,
Quos homo nunc homini post terga improvida vicit,
Præsertim Heroum subter prælustribus aulis.
Quos Deus, at præstat motas reuocare loquelas,
Dii, SALAGASTE, tibi, pro tali mente fideque
Officiisque polo sat idonea præmia reddant.
Non opis est nostræ, dignas tibi pendere grates,
Interea grato tua facta sonabimus ore,
Et te perpetuo, ceu Numen, honore colemus,
In freta dum fluuii currunt, dum Sala vadosus
Mænia Mulcibero sacra, nigratasque Salinas
Alluit, & fesso pecoriique Hominique ministrat
Dulce, per æstatem riguis solamen in herbis.
Dii te conseruent florentem laudibus, & dent
Deiphobes æuum cana superare senecta
Cum consorte tori, facieque atuoque decora.
Talia Salaides querulo serinone serebant
Propter aquas, gemitusque imo sub corde premebant.
At Sala è mediis vitreum caput extulit vndis,
Faunosque hæc iussit rugoso in cortice quercus
Consignare notis, fidos ne forte labores

Virtu-

Virtutesque & facta virti, laudesque stupendas
Inuidi tentarent delere obliuia terris,
Neue viderentur Salades omnibus usque
Officijs cultæ malegratæ forsitan esse,
Iussit, & obliquo rursum se condidit alueo.

Interea abscedit, valedicta Principis aula,
Ad sua sceptr'a pius SALAGASTVS, & omnia festos
Ad thalamos parat, & cunctis ita ritè paratis,
Iam tandem casta stabilit cum virgine fædus,
Fædus ad extremam durabile funeris horam.

Ergò te Deus; à quo tot tot commoda vitæ
Sunt collata pio SALAGASTO, quiqe SABINAM
Ingens Glaubisidum deus illi adjungis & addis
Connubio stabili; rogo. Tu quæsò annue votis.
Da Pater omnipotens, da, quæ te supplice voce
Iam volo, da, videat sub conditione jugali
Sponsus cum casta tot tot bona plurima sponsa,
Quot cælum stellas habet, & quot littus arenas
Marmaricum, nec quid dirarum; à gente sororum
Asmodeoue, toriue alijs osoribus ortum
Omina felicistædæ felicia turbet.
Ac tandem extremæ cum venerit hora senectæ,
Corporis exutos vincis ac carcere cacco
In nemus Elysium transfer, sedesque beatas,
Ut videant sacros inter tua gaudia cætus,
Gaudia non ullis unquam cessantia seclis.
Hec oro, hæc votis ardenter ad astra profusis
Appiecor, & tandem factos sic fine quiesco,

F I N I S.

aut omisla uocem magna ex-
piravit p̄i nr̄. Et uide ob-
p̄i scilicet ēmōna afflue-
densi. Unde an̄cē dicitur
exadūso stabat. quā sit dāns
expirassit. Unde huc dicitur
dī filius erat. Nam huc dicitur
heres desiderat affuerit. ne
q̄b erat m̄tū nō dicitur.
Et merita uocis p̄cipia. Et
posseb̄ manū. taliter.
Et cū cēt m̄tū
cū. ermis.
m̄tū. q̄b cūt o.
utlūna. eo? A
sero cēt b̄m̄. q̄b cūt o.
cēt q̄b ē s̄nt. s̄nt. cēt. nō cēt
posseb̄. q̄b cūt o. cēt. nō cēt
destitu. q̄b cēt. cēt. cēt.
cēt. q̄b. Et cēt. cēt. cēt.
ut ad ipsam cēt.